Petrus <Lombardus>; Henricus <de Gorichem> [Comm.]: Sententiarum libri IV (cum conclusionibus Henrici de Gorichem et problematibus S. Thomae articulisque Parisiensibus)

[Freiburg i. Br.: Kilian Fischer], [ca. 1492] Seite 329



charitate fierent. Quare? qꝛ imponit ea deꝰ in seruitutē. nō in iustificationē. ⁊ vt figura futuri essent. volens sibiipsi potiꝰ offerre ea q̄ʒ ydolis. Illa ḡ signa erāt. sed tñ sacramenta. licet miñꝰ ꝑprie in scripturis sepe vocant̄. qꝛ signa erāt rei sacre quā vtiq̄ʒ non p̄stabant. Illa aūt aplus opa legis dicit que tñ significandi grā vel in onus instituta sunt.

*Que dicant̄ opa legis.*

## De causa institutionis sacramentoꝝ. c

**Triplici aūt de cau**sa sacramēta instituta sunt ꝑpter humiliationem. eruditionē. exercitationeʒ. Propter humiliationē q̄dem vt dū homo in sensibilibus rebus q̄ natura infra ipsum sunt ex p̄cepto creatoris se reuerēdo subiicit. vt ex hac humilitate ⁊ obediētia deo magis placeat. et vt apud euʒ mereat̄ cuiꝰ impio salutē querit in inferiorībꝰ se. ⁊ si non ab illis ꝫ ꝑ illa a deo.

*Prima cā*

Propter eruditionē etiā instituta sunt. vt ꝑ id qđ foris ī specie visibili cernit̄ ad inuisibilē v̄tutem q̄ intus ē agnoscendā mens erudiat̄. Homo eñ qui añ peccatū sine medio deum videbat. ꝑ peccatū adeo habuit vt nequaq̄ʒ diuina nequeat capere nisi hūanis exercitatꝰ.

*Secunda*

Propter exercitationē siłr instituta sunt. qꝛ cuʒ hō ociosus esse nō possit ꝑponit̄ ei vtilis et salubris exercitatio in sacramētis qua vanam ⁊ noxiam declinet occupationē. nō eñ facile capit̄ a temptatore q̄ bono vacat exercitio. Vñ Hiero. monet. Semꝑ aliq̄d boni opis facito vt te occupatū diabolꝰ inueniat.

*Tertia ratio*

## De triplici genere exercitationis. d

**Sunt aūt exercita**tionuʒ tres spēs. vna ad edificationē anime ꝑtinet. alia ad corꝑis fomentuʒ. alia ad vtriusq̄ʒ subuersionē. Cū igit̄ absq̄ʒ sacramentis q̄bus nō alligauit potentiā suā deus homini grāʒ donare posset p̄dictis de causis sacrā instituit. Duo aūt sunt in q̄bus sacr̄m ꝯsistit. s. verba ⁊ res. Verba vt inuocatio trinitatis. res vt aqua oleum ⁊ hmōi.

*In quibꝰ cōsistit sacr̄m.*

## De differentia sacramentorum veterum ⁊ nouorum. e

**Jam videre restat** differentiaʒ sacr̄oꝝ veteꝝ et nouoꝝ vt sacramenta vocemꝰ que antiquitus res sacras significabant. vt sacrificia et oblationes ⁊ hmōi. Eoꝝ aūt differentiaʒ breuit̄ Augꝰ. assignat dicens: qꝛ illa ꝑmittebant tantū ⁊ significabant. hec autem dant salutem.

## De circumcisione. f

**Fuit tñ inter illa sa**cramenta sacr̄m q̄ddaʒ. s. circūcisionis ideʒ ꝯferens remediū ꝯtra peccatū qđ nunc baptismus. vñ Augꝰ. Ex quo instituta ē circūcisio in ꝑp̄lo dei que erat tūc signaculū iusticie fidei. ad purgationē valebat magnis ⁊ ꝑuułꝭ originalis veterisq̄ʒ peccati. sicut baptismꝰ ex illo valere cepit ad innouationē hoīs. ex quo institutꝰ est. Itē Beda. Ideʒ salutifere curationis auxiliū circūcisio in lege ꝯtra originalis peccati vulnꝰ agebat. qđ baptismus agere reuelate grē tpe cōsueuit. excepto q̄ regni celestis ianuā nōdū intrare poterant. Tñ in sinu abrae post mortē requie btā cōsolati sup̄ne pacis ingressum spe felici expectabant. His apte tradit̄ ꝑ circūcisioneʒ ex quo instituta fuit. s. remissionē peccati originalis ⁊ actualis ꝑuulis ⁊ maiorībꝰ a deo p̄stitam. sicut nūc per baptismum datur.

*Aug. ad valerium cōtra iulianum.*

*Beda super euangelium.*

## De viris qui fuerūt añ circūcisionē et de feminis que fuerūt ante ⁊ post. g

**Querit̄ etiā de vi**ris q̄ fuerunt añ circūcisionē. ⁊ de feminis q̄ fuerunt añ ⁊ post. qđ remediū ꝯtra peccatuʒ habuerint? Quidā dicūt sacrificia ⁊ oblationes eis valuisse ad remissionē pcti. Sʒ meliꝰ est dicere illos q̄ de abraam ꝑdierūt ꝑ circūcisionē iustificatos. mulieres v̄o ꝑ fidē ⁊ opationem bonā. vel suā si adulte erāt vł parentum si ꝑuule. Eos v̄o qui fuerūt añ circumcisionē ꝑuulos in fide parentū. parentes v̄o ꝑ v̄tutem sacrificioꝝ. s. quā intelligebāt spūaliter in illis sacrificiis iustificatos. vñ Grego. Qđ apud nos valet aqua baptismi. hoc egit apud veteres vel ꝑ ꝑuulis sola fides: vł pro maiorībꝰ v̄tus sacrificii. vel ꝑ his q̄ ex abrae stirpe ꝑdierūt mysteriū circūcisionis.

*Gregoriꝰ in moralibus.*

## De institutione ⁊ cā circūcisionis. h

**Hic dicenduʒ est in** quo īstituta fuerit circūcisio. Et quare ⁊ cur mutata ꝑ baptismū? Abraam p̄mꝰ mandatū circūcisionis habuit ad ꝑbationē obediētie. nec ei soli p̄cepta fuit circūcisio ꝫ ⁊ semini eiꝰ id est oībus hebreis que fiebat ꝺm legē octauo die lapideo cultro in carne p̄pucii. Data aūt fuit circūcisio pluribꝰ de causis. s. vt per obedientiā mādati abraā placeret deo. cui ꝑ

*Quare data fuit circūcisio*



TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-333/0329
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG